Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26658
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fortitudo et laus mea do-
mino et factus est mihi in salutem Hic deus meus et glo-
rificabo eum deus patris mei et exaltabo eum Dominus
quasi vir pugnator nomen eius Currus pharao-
nis et exercitum eius proiecit in mare Electi prin-
cipes eius submersi sunt in mari rubro abyssi oper-
uerunt eos descenderunt in profundum sicut lapis Dex-
tera tua domine magnificata est in fortitudine dex-
tera tua domine percussit inimicum et in multitudine
gloriae tuae deposuisti aduersarios meos Misisti
iram tuam quae deuorauit eos sicut stipulam et in spu-
ritus furoris tui congregatae sunt aquae Stetit unda
fluens congregatae sunt abyssi in medio mari Dixit
inimicus persequar et comprehendam diuidam spolia
impletebitur anima mea Euaginabo gladium meum
interficiet eos manus mea Flauit spiritus tuus
et operuit eos mare submersi sunt quasi plum-
bum in aquis vehementibus Quis similis tui in for-
tibus domine quis similis tui magnificus in sanctitate ter-
ribilis atque laudabilis et faciens mirabilia Ex-
tendisti manum tuam et deuorauit eos terra
Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti
et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum
sanctum tuum Audierunt populi et irati sunt dolores
obtinuerunt habitatores philistiim Tunc conturba-
ti sunt principes edom robustos moab obti-
nuit tremor obriguerunt omnes habitatores cha-
naan Incidat super eos formido et pauor in